Isagoge Porphirij ad kathegorias Aristotelis.

Incipiunt Isagoge Porphirij ad predicamenta Aristotelis.

Cum sit necessariũ grisarori. et ad eã que est apud Aristotelis predicamẽtoꝝ doctrinam nosse: quid gen⁹ sit. quid differẽtia: quidq3 species: quid ꝓpriũ: et quid accidẽs. et ad diffinitionũ assignatiõem. ꝛ omnino ad ea que in diuisione vel in demonstratione sunt vtilia. Istaꝝ rerum speculatione compendiosam tibi traditiõem faciens temptabo breuiter. velut introductiõis modo. ea que ab ãtiquis dicta sunt aggredi. Altiorib⁹ qdẽ questionib⁹ abstinẽs. simpliciores vo mediocriter coniectãs. Mox de generib⁹ et speciebꝫ illud qdẽ siue subsistãt siue in solis nudis purisq3 intellectib⁹ posita sint. siue subsistẽtia corporalia sint an icorporalia. ꝛ vtꝝ separata a sensibilib⁹: an ĩ ipis sẽsibilib⁹ posita ꝛ circa ipa ꝯsistẽtia dicere recusabo. Altissimũ ẽ eni huiusmõi negociũ ꝛ maioꝛ egẽs inqsitiõis. Illud vo quẽadmodũ de his ac de ꝓpositis antiqui ꝓbabiliter tractauerunt. et horum maxime peripatetici tibi nunc temptabo monstrare.

Videt aũt neq3 gen⁹ neq3 species simpliciter dici. Gen⁹ eñ dicitur aliquoꝝ quodãmodo se habẽtium ad vnũ aliquid: et ad seinuicẽ collectio. ꝫm quã significatiõem romanoꝝ collectio d: gen⁹ ab vni⁹ scilicet habitudie. dico aũt romuli et multitudinis habẽtium aliquo mõ adinuicẽ eam que ab illo est cõgnatiõem ꝫm diuisiõem ab alijs generib⁹ dicte. Dicitr aũt ꝛ aliter rursus gen⁹ qdem vniuscuiusq3 generationis principiũ. vl ab eo qui genuit. vl a loco in q̃ quis genit⁹ est. Sic

Isagoge

enim Oresten dicimus a tantalo habere genus: illum autem ab hercule. et rursus pindarum quidem thebanum esse genere. platonem vero atheniensem. Etenim patria principium est uniuscuiusque generationis quemadmodum et pater. Hec autem videtur promptissima esse significatio. romani enim sunt qui ex genere descendunt romuli: et cicropedes qui ex genere descendunt cicropis et eorum proximi. Et prius quidem appellatum est genus uniuscuiusque generationis principium. de hinc etiam multitudo eorum qui sunt ab uno principio: ut a romulo: nanque dividentes et ab aliis separantes dicebamus omnem illam collectionem romanorum esse genus. Aliter autem rursus dicitur genus cui supponitur species. Ad horum fortasse similitudinem dictum. etenim quodammodo principium est huiusmodi genus earum que sub ipso sunt specierum. Videtur autem genus multitudinem continere omnem que sub eo est specierum.

Tripliciter igitur cum genus dicatur de tertio apud philosophos sermo est. quod etiam describentes assignavere genus esse dicentes. quod de pluribus et differentibus specie in eo quod quid sit predicatur. Eorum enim que predicantur alia quidem de uno solo dicuntur sicut individua ut sortes et plato et hic et hec et hoc et huius. Alia vero de pluribus ut genera et species differentie propria et accidentia communiter sed non propria alicui. Est autem genus quidem ut animal. species vero ut homo: differentia ut rationalis. proprium ut risibile. accidens ut album nigrum et sedere. Ab his ergo que de uno solo predicantur differunt genera: eo quod de pluribus assignata predicantur. Ab his autem que de pluribus a speciebus quidem. quoniam species et si de pluribus predicatur: non de differentibus specie sed numero solo. homo enim cum sit species de sorte et platone predicatur. quod non

differũt a se inuicē specie sed nūero. Aial vo cū sit gen⁹ de hoīe eq̄ ⁊ boue p̄dicatur. q̄ differūt a se inuicez specie: nō numero solo. a proprio vero differt gen⁹. quoniā p̄priū quidem de vna sola specie cui⁹ est p̄priū predicat̄: ⁊ de his q̄ sub specie sunt indiuiduis: queadmodū risibile de hoīe solo. ⁊ de p̄ticularib⁹ hoībus. Gen⁹ aūt nō de vna sola specie predicatur sed de plurib⁹ differētibus specie/a differentia vero et ab his que cōiter sunt de accn̄tib⁹ differt gen⁹. q̄m etsi de plurib⁹ differētib⁹ specie p̄dicat̄ differētie et cōiter accn̄cia. tñ nō in eo qd̄ q̄d sit sed in eo qd̄ q̄le sit p̄dicant̄. interrogātib⁹ eñ nos illd̄ quō p̄dicat̄ hec. nō in eo qd̄ quid sit dicim⁹ predicari: sed magis in eo quod q̄le sit. Interrogāti eñ qualis hō sit dicim⁹ q̄m rōnalis. et in eo qd̄ qualis sit coruus dicim⁹ quoniam niger est. aūt rōnale q̄dem differētia: nigrū vo accidēs. Quando autez quid est hō interrogamur: aīal respōdem⁹. est aūt hoīs genus aīal. quare de plurib⁹ p̄dicari diuidit gen⁹ ab his que de vno solo q̄ sunt indiuidua predicant̄. De differētib⁹ vo specie sepat gen⁹ ab his que sicut spēs p̄dicant̄ vl' p̄pria. in eo aūt qd̄ q̄d sit p̄dicari diuidit gen⁹ a differētijs ⁊ a cōiter accn̄tib⁹ que nō in eo qd̄ q̄d sit: s; in eo qd̄ quale ē. vl' q̄uo se habēs p̄dicant̄. Nihil igit̄ superfluum neq; min⁹ p̄tinet generis dicta descriptio.

Species aūt dicit̄ quidē et de vniuscuiusq; forma. s̄m quam dictū est priami quidem spēs digna est imperio. Dicit̄ aūt spēs ⁊ ea que est sub assignato genere. s̄m quā solem⁹ dicere hoīem quidē speciem aīalis. triangulū vo spēm figure. qd̄ si etiā genus assignantes speciei meminim⁹ dicētes qd̄ de plurib⁹ et differētib⁹ specie in eo qd̄ q̄d sit

Isagoge

predicat̄. et spēm dicim⁹ id qđ sub genere est. Nosse aūt oportz quoniā et gen⁹ alicui⁹ speciei est gen⁹. et spēs alicui⁹ generis est species. Jccirco necesse est in vtrorūq3 rōib⁹ vtrisq3 vti. Assignat ergo et sic spēm. spēs ē que ponit̄ sub genere. et de quā gen⁹ in eo qđ quid sit pdicat̄. Amplius aūt et sic quoq3. Spēs est que de plurib⁹ et differētib⁹ nūero in eo quod quid sit predicat̄. Sz hec qdem assignatio speciei specialissime est et que solū spēs est. alie vō erūt et nō specialissimarū. Planū aūt erit quod dicitur hoc modo in vno quoq3 predicamēto sunt quedam generalissima et rursus alia specialissima. et inter generalissima ⁊ specialissima sunt alia. Est autem generalissimū quidem supra qđ non est aliud genus superueniēs. Specialissimum autem post quod non erit alia inferior species. Inter generalissimū autem et specialissimum et genera et species sunt eadem ad aliud quidē et ad aliud sumpta. Sic aūt vno quoq3 predicamento manifestū quod dicitur. Substantia est quiddā et ipsa est genus sub hac autem est corpus. sub corpore vero animatū corpus. sub quo animal. sub animali. rationale animal. sub quo homo. sub homine vero socrates et plato. qui sunt particulares homines.

Porphirij

Arbor Porphiriana

Substantia

Corporea | Incorporea

Corpus

Animatum | Inanimatum

Corp⁹ aiatum

Sensibile | Insensibile

Animal

Rationale | Irrationale

Aial rõnale

Mortale | Immortale

Homo

Sortes | Plato

¶ Horũ substantia quidem generalissimũ est eo q̄ gen⁹ sit solũ Homo vero specialissimũ eo q̄ species sit solum. Corp⁹ vero species quidẽ est substãtie. gen⁹ vero corporis aiati. et aiatum corpus quidẽ spẽs cor. gen⁹ vo aialis, aial aũt spẽs quidem aiati cor. gen⁹ aũt rõnalis aialis. ß rõnale aial spẽs est aialis. gen⁹ vo hois. homo vo species quidem rõnalis aialis: nõ aũt est gen⁹ pticulariũ hominũ sed solũ spẽs. et oĩe qd ante indiuiduũ ꝓximũ est: species erit solũ nõ etiã genus Quẽadmodum substãtia igit̃ cum sit suprema eo q̄ nihil supra eã sit gen⁹ est generalissimũ. sic etiã homo cũ sit spẽs postꝗ̃ nõ erit alia inferior spẽs neq̃ aliquid eoꝝ que pñt diuidi ß solũ indiuidua. indiuiduũ aũt est sor. et pla. spẽs erit sola et vltima spẽs vt dictũ est specialissima

spēs. Que vō sunt in medio eorꝫ que supra ipa sunt erūt spēs. Eorum vō que post ipa sunt: sunt genera. quare hec quidē duas habent habitudines eā que est ad inferiora ßm quā genera ipsorum esse dicuntur. Extrema vō vnā habēt habitudinem. nam et generalissimū ad ea quidem que posteriora sunt habitudinē habet cū sit genus omniū id quod ē supmū. eā vō que est ad supiora non habet cū sit supremū et primum principiū. Specialissimū aūt vnā habet habitudinē eam que est ad superiora quorꝫ est spēs. eā vō q̄ est ad posteriora nō habet sed etiā indiuiduorum dicitur spēs. sed spēs quidē indiuiduorū est ptinēs. spēs aūt superiorum velut que ab eis ptinet. Determināt ergo generalissimū: ita q cū sit genus nō est spēs et rursus qd nō est aliud gen⁹ supueniens. Specialissimū vō quod cū sit spēs nō est gen⁹: et cum sit spēs nunq̄ diuiditur in alias spēs. et quod de plurib⁹ differentib⁹ nūero in eo qd q̄d sit pdicat. ea vō que in medio sunt extremorꝫ subalterna vocāt genera et spēs et vnum quodqꝫ ipsorꝫ spēs esse et gen⁹ potest ad aliud quidem et ad aliud sumpta. ea vō que sunt añ specialissimū vsqꝫ ad generalissimū ascendentia et genera dicunt et spēs et subalterna genera: vt agamenon: atrides et pelopides: et tantalides: et vltimū iouis. sed in familijs plerūqꝫ reducūt ad vnū principium. verbi gratia: ad iouem. in generib⁹ quidem et spēb⁹ nō sic se habet rō. neqꝫ enim cōe est vnū genus omniū ens. nec oia eiusdem generis sunt ßm vnū gen⁹ supremū queadmodū dicit Aris. sed sunt posita queadmodū dictū est in pdicamētis. Prīa decē genera sunt q̄si prima decē pricipia rerꝫ. Vel si qs oia etiā vocet ingē nūcupabit equoce nō vnī

voce. Si eñ vnū cōe gen⁹ esset ens vniuoce entia diceret. Cū eñ decē pma pricipia entꝛ ſm ſolū nome ē ſt. nō eñ ſm rōnis diffinitionē q̄ ſcdꝫ nomen eſt. decē quidez generaliſſima ſunt. ſpecialiſſima vero in nūero quoddā nō ſunt tñ in deſinito. indiuidua aūt que ſunt poſt ſpecialiſſima infinita ſunt. Qua ppter vſqꝫ ad ſpecialiſſima a generaliſſimis deſcendētes iubet plato quieſcere. deſcendere aūt p media diuidentē ſpecificis defferētijs. infinita vō inq̄t relinquēda ſunt, neqꝫ eñ eoꝝ poſſe fieri diſciplinā. Deſcendentib⁹ vō ad ſpecialiſſima neceſſe eſt diuiderez per multitudinē ire. Aſcendētib⁹ vō ad generaliſſima neceſſe eſt colligere mltitudinē. Collectiuū eñ multoꝝ in vnā naturā ſpēs eſt: et magis id quod gen⁹ eſt. Particularia vō et ſingularia ſemp in mltitudine ecōtrario diuidūt id quod eſt vnum. Participatione eñ ſpeciei plures homines ſunt vnus homo. ꝑticularib⁹ vero ſemper vn⁹ hō et cōis plures. diuiſiuū aūt ſemp eſt quod ſinglare eſt. Collectiuū eñ ꝛ adunatiū quod cōmune eſt. Aſſignato aūt genere et ſpecie quid ſit vtrūqꝫ et genere quidem vno ſpecieb⁹ vō pluribus. Semp eñ in plures ſpēs diuiſio generis fit. Gen⁹ quidē de ſpecie ſp ꝑdicat. et oīa ſupiora de inferiorib⁹. Spēs aūt neqꝫ de genere ſibi proxīo ꝑdicatur neqꝫ de ſuꝑiorib⁹. neqꝫ eñ ꝯuertit. Oportꝫ eñ aut eq̄ de equis predicari vt hynnibile de eq̄. aut maiora de minorib⁹ vt aīal de hoīe. Minora vō de maiorib⁹ minime. neqꝫ eñ animal dicim⁹ hoīem eſſe queadmodū hoīem aīal de quib⁹ aūt ſpēs ꝑdicat de his neceſſario et ſpeciei gen⁹ ꝑdicat et generis gen⁹ vſqꝫ ad generaliſſimū. Si eñ verū eſt hoīem ſocra. dicere hoīem aūt aīal. Aīal vero

substanciã. verũ est socra. animal atq substãciaz dicere. Semp enĩ superiora de inferiorib9 predicantur Spẽs aũt de indiuiduis predicatur Genus vo et de specie et de indiuiduo pdicatur. Generalissimũ aũt et de genere et de generib9 pdicat. si plura sint media subalterna et de specie et de indiuiduo pdicat. Dicitur aũt generalissimũ quod de oĩbus sub se positis generib9 et specieb9 et de indiuiduis, gen9 aũt quod añ specialissimũ est: et de oĩb9 specialissimis et de indiuiduis dr. solũ aũt spẽs de omnibus indiuiduis. Indiuiduũ aũt dr de vno solo pticulari. indiuiduũ aũt dicit sor. et hoc albũ et hic veniẽs et sophronici fili9 si solus sit sor. ei fili9. Indiuidua vo dicũt huiusmõi. quoniã ex pprietatib9 cõsistit vnũquodq eorũ: quarũ nũq in alio erit eadem collectio. Sor: aũt pprietates nunq in aliq erũt pticulariũ. hee vo que sunt hoĩs pprietates: dico aũt eius q est cõis: erũt eedẽ in plurib9. magis aũt in oĩb9 pticularibus hoĩb9 eo q homines sunt. Cõtinet aũt indiuiduũ quidem sub specie: species aũt sub genere. Totũ igit quoddã gen9 est. indiuiduũ aũt pars spẽs vo totũ est et pars: sed pars quidẽ alterius: totũ vero non alterius: sed aliis partib9 totũ est. De genere quidem et specie: et qd generalissimũ: et quid specialissimũ: et que genera eadem et spẽs sint: etiã indiuidua: et quot modis genus et species dicantur sufficienter dictum est.

Differẽtia vo cõiter et pprie et magis pprie dicit. Communiter differre alterũ ab altero dicit q alteritate quadã differt quocũq mõ vel a seipo vl ab alio. differt enĩ sor a platone alteritate quadam et ipe a se vl puero vel iam viro vel faciẽte aliqd vel quiescente et semper

in aliquo modo habendi se alteritatibus. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur: quando in inseparabili accidente ab altero differt. Inseparabile accidens est vt nasi curuitas: cecitas oculorum: cicatrix cum ex vulnere occalluerit. Magis proprie autem differre alterum ab altero dicitur quando specifica differt differentia: quemadmodum homo ab equo specifica differentia differt id est rationali qualitate. Vniuersaliter autem omnis differentia alteratum facit cuilibet adueniens. Sed ea que est communiter et proprie alterum solum facit. Illa vero que est magis proprie aliud. Differentiarum quidem alie alteratum faciunt. Alie vero aliud. Ille vero que faciunt aliud specifice vocantur. Ille vero que alterum faciunt simpliciter differentie. Animali quidem differentia adueniens rationalis aliud facit et speciem animalis facit. Illa vero que est mouendi alteratum solum a quiescente facit. Quare hec quidem aliud illa vero alteratum solum facit. Secundum igitur aliud facientes diuisiones fiunt a generibus in species: et diffiniciones assignantur que sunt ex genere et huiusmodi differentijs. Secundum autem eas que solum alteratum faciunt: alteratio sola consistit et aliquo modo se habendi permutationes fiunt. A superioribus igitur rursus inchoantibus dicendum est: differentiarum alias quidem esse separabiles. alias vero inseparabiles. mouere et quiescere et sanum esse et egrum et quecunque his propria sunt separabilia sunt. At vero aquilinum esse vel simum vel rationale vel irrationale esse inseparabilia sunt. Inseparabilium autem alie quidem sunt per se alie vero per accidens. Nam rationale per se inest homini et mortale et discipline esse perceptibile. At vero aquilinum esse vel simum esse secundum accidens sunt et non per se. Ille igitur que per se sunt in substantie ratione accipiuntur et faciunt aliud. Ille vero que secundum accidens sunt nec in substantie ratione

accipiunt. nec faciūt aliud sed alteratū solū. Et ille quidē que p se sunt nō suscipiūt magis nec min⁹. Ille vo q̄ p accn̄s ⁊ si inseparabiles sunt, intēsionē suscipiūt et remissiōem. nā neq3 gen⁹ aut magis aut min⁹ pdicat de eo cuius est gen⁹. neq3 generis differentie s̄m quas diuiditur ip̄m gen⁹. Ip̄e em̄ sunt que vniuscuiusq3 rōem id est diffinitionē cōplent: esse aūt vnicuiq3 vnū ⁊ idem neq3 intensiōem neq3 remissionem suscipiēs est Aquilinum aūt vel simū vel coloratum esse aliquo modo intendūtur et remittunt. Cū igit tres spēs differētie ɔsiderent. et cū hec quidem sunt separabiles: ille vo inseparabiles: et rursus inseparabiliū cū he quidē sint p se ille vo p accn̄s: ⁊ rursus earū que sunt per se differētiarū alie quidē sunt s̄m quas diuidim⁹ genera in spēs. Alie vo s̄m quas que diuisa sunt specificant, vt cum p se quidē differentie sint huiusmodi animati et inanimati: sensibilis et insensibilis: rōnalis et irrōnalis: et mortalis ⁊ imortalis. Ea quidem que est aiati et sensibilis differētia ɔstitutiua est substantie aialis: est em̄ animal substantia aiata sensibilis. Ea vo que est mortalis et imortalis differētia rōnalis et irrōnalis diuisiue sunt aialis differētie: p eas em̄ genera in spēs diuidunt. Sed he q̄dem diuisiue sunt differētie genep cōpletiue fiūt et cōstitutiue specierū. Diuiditur em̄ animal rōnali et irrōnali differentia: et rursus mortali et immortali differentia: sed ea que est rōnalis differētia et mortalis cōstitutiua est hōis rōnalis vo ⁊ immortalis dei. Ille vo que sunt irrōnalis ⁊ mortalis irrōnaliū aialiū. Sic etiā supma substātia cū diuisiue sit aiati et inanimati differentie sensibilis et insensibilis sed animati et sensibilis cōgregate

ad substantiā aīal perficiūt. quoniā ergo hee eedem alio mō accepte fiunt constitutiue: alio mō/ vo diuisiue specifice oēs vocanł. Ex his maxime opus est ad diuisiones generū et diffinitiones specierū. Sed non in his que ßm accñs inseparabiles sunt nec magis his que sunt separabiles quas etiā determinātes dicūt. Differētia aūt est qua habūdat spēs a genere hō eñ ab aiali plus habz rōnale et mortale. aial eñ neqȝ ipm nihil horū est. Nam vnde habebit spēs differētias: neqȝ eñ gen⁹ oppositas habz differētias Nā in eodē genere simul habebit opposita. sed queadmodū pbāt phi. potestate quidem omēs habz gen⁹ sub se positas differētias actu vero nullā: at sic neqȝ ex his que nō sunt aliquid fit: neqȝ opposita circa idē sunt. Diffiniūt aūt et eam hoc mō. Differētia est q̄ de plurib⁹ et differētibus specie in eo qȝ quale sit predicaŧ. Racionale eñ et mortale de hoīe predicanŧ in eo qȝ qualis sit homo: sed non in eo qȝ quid sit Quid est eñ hō nobis interrogatis conueniēs est dicere animal: quale aūt aīal inquisiti quoniā rōnale ⁊ mortale est cōuenienter assignabim⁹ Rebus eñ cōstantib⁹ ex materia et forma vel ad similitudinē pportionemqȝ materie et forme cōstitucionē habentib⁹: queadmodū statua est de materia eris ex forma aūt figura sic et hō cōis et spēalis: ex materia quidē silr pporcionaliterqȝ cōsistit ex genere: ex forma aūt differentia. Totū aūt hoc aial rōnale et mortale homo est queadmodū illic statua. Describunt aūt huiusmōi differentiā: et hoc mō. Differētia est quod ē aptū natū diuidere ea que sunt sub eodem genere. Rōnale eñ et irrōnale hoīm et equum que sub eodem sunt genere qđ est animal diuidunt

tinet enim et differentia spēs, et si non omnes quot genera. Rationale autē etsi non continet ea que sunt irrōnalia vt gen⁹ quemadmodū aial, tamen cōtinet hoiem et deū: que sunt spēs: et quecunqꝫ predicant̄ de genere vt genus de his que sub ipso sunt speciebus predicantur. Quecūqꝫ de differentia predicant̄ vt differentia et de ea que sub ipsa sunt specie predicantur. nam cum genus sit animal, non solum de eo predicat̄ vt gen⁹ substātia et animatū: sed etiam de his que sub aiali sunt speciebus omnib⁹ vsqꝫ ad indiuidua predicātur. Cumqꝫ sit differētia rōnalis predicatur de ea vt differentia id quod est vti rōne ꝛ non solum de eo quod est racionale: sed de his que sunt sub rōnali specieb⁹ predicatur. Commune est autem perempto genere et differentia simul perimi ea que sub ipsis sunt: quemadmodū si nō sit animal: nec est equus neqꝫ hō, ita si non sit rationale nullum erit animal quod vtatur ratione.

Proprium autē est generi de pluribus predicari ꝙ̄ differentia ꝛ spēs et propriū et accidens: animal enī de homine et equo et aue et serpente predicatur, quadrupes vō de solis quatuor pedes habētib⁹: hō vō de solis indiuiduis, et hynnibile de equo et de his qui sunt particulares: et accn̄s de pauciorib⁹ similiter. Oportet autē differētias accipere quib⁹ diuidit̄ genus: non eas que complēt substantiā generis. Amplius genus ꝯtinet differentias ptāte: animal quidē hoc est rōnale: illō vō irrōnale. Ampli⁹ genera quidē priora sunt his que sub se posite sunt differentijs: propter quod simul quidem eas auferre: et non autē simul auferunt̄. Sublato enī aiali auferīt rōnale ꝛ irrōnale: differētie vō

non auferunt gen⁹. Nam si omẽs interimant: tamẽ substãtia animata sensibilis subintelligi potest quod est animal. Ampli⁹ gen⁹ quidez in eo quodquidest queadmodũ dictũ est predicat̃. Differentia vero in eo qd quale quid sit predicat̃. Amplius quidem gen⁹ est vnũ ƀm vnãquãqꝫ spẽm: vt hominis id qd est animal. Differẽtie vero plurime vt rõnale mortale mentis et discipline ꝑceptibile quib⁹ ab alijs differt. Et genus quidem consimile est materie: forme vero differentia. Cum autem sint alia communia et propria generis et differentie nunc ista sufficiant.

Genus aũt et spẽs cõmune quidem habẽt quemadmodum dictum est de plurib⁹ predicari. Sumat̃ autem spẽs vt species non aũt vt genus si fiunt idem et species et genus. Cõmune aũt est his priora esse his de quibus predicant̃. Et totum quoddam vtrumqꝫ esse.

Differunt aũt: quoniã gen⁹ quidem cõtinet speciem: species vero cõtinetur et non continet gen⁹: in pluribus aũt gen⁹ est ꝙ spẽs. Genera eñ piacere oportet et informata specificis differentijs ꝑficere spẽs. Vnde priora sunt genera naturaliter. Et simul interimẽtia si spẽs que nõ simul interimãtur. Et spẽs quidẽ cũ sit est gen⁹: gen⁹ ṽo cũ sit nõ omnino erit spẽs. Et gña quidẽ vniuoce de spẽbus ṗdicat̃: spẽs ṽo de generib⁹ minime. Ampli⁹ quidẽ genera eatũ abũdãt que sub ipis sunt specierꝫ cõtinẽtia: spẽs ṽo a generib⁹ ꝓprijs abundãt ⁊ differẽcijs Ampli⁹ neqꝫ spẽs fit nũqꝫ generalissimũ: neqꝫ gen⁹ fit specialissimũ

Generis aũt ⁊ ꝓprij cõe quidẽ est sequi spẽs: nã si hõ est aial ẽ et si hõ est: risibile est: et eqliter ṗdicari genus de specieb⁹: et

ppriū de his que illo pticipant: equaliter eñ et homo et bos aīal: et cato et cicero risibiles. Cōmune aūt est his et vniuoce pdicari. Nā gen᷒ de ppriis spēbus: et ppriū de his quoꝝ est ppriū. Differūt aūt quoniam genus quidem pri᷒ est: posteri᷒ vero propriū. Oportet eñ esse pri᷒ animal: de hinc diuidi differentiis et ppriis. Genus vero de pluribus specieb᷒ predicatur. propriū vo de vna sola cui᷒ est propriū. Et proprium vero conuersim predicatur de eo cui᷒ est propriū. genus vero de nullo cōuersim predicatur: nam neq; si aial est: homo est neq; si animal est risibile est. si vero risibile est: homo est . et ecōuerso. Ampli᷒ proprium omni speciei inest cuius est propriū et soli et semper et vniuoce. Genus vero omni speciei inest cuius fuerit gen᷒ et semp: non aūt soli. Ampli᷒ species quidem interempte non simul interimūt genera cuius sunt spēs Propria autem interempta simul interimūt ea quoꝝ sunt propria et his quorum sunt propria interemptis ipsa simul interimuntur.

Generis vero et accidentis cōe est de plurib᷒ quemadmodum dictum est pdicari siue sepabiliū siue insepabiliū sit accidēs etenī moueri de pluribus: et nigrum de coruis ⁊ de omnib᷒ ethiopib᷒ et de aliquibus inanimatis predicatur. Differt aūt gen᷒ ab accñte: quoniam genus quandoq; ante spēm est. Accidentia vo specieb᷒ posteriora sunt: nam etsi etiā insepabile sumat accidens: tñ illud cui accidit pri᷒ est q̃ accñs. Et genera quidem que pticipāt equaliter participāt: accidentia vo non eqliter. Intensionē eñ et remissiōem suscipit accidēciū participatio: genera vo minime. Et accidentia quidem in indiuiduis

principaliter subsistūt: genera vero et spēs naturaliter priora sunt indi
niduis substātijs. Et genera quidem in eo q quid predicant de his que
sub ipsis sunt. Accidētia vero in eo quod quale est vel quomō se habeat
vnūquodq. Qualis em̄ ethiops interrogati dicim9 niger est et quēad-
modū sor. se habz dicim9 sedet vel ambulat. Gen9 vo quō ab alijs diffe
rat dictū est. Cōtingit aūt vnūquodq aliorum differre ab alijs quattuor
vt cum quinq res sint vna queq ab alijs quattuor differt quaterquinq
fiūt. xx. oēs differentie. Sed semp posteriorib9 enūeratis et secundis
quidē vna differētia supatis: ppterea qm̄ iam sumpta est. Tercijs vo
duab9: quartis vo trib9 quītis vo. iiij. x. oēs fiūt. iiij. em̄. iij. due
vna. Gen9 vo differt a differētia specie pprio et accīnti. Quattuor igit
oēs differētie sunt. Differētia vo quo differt a genere dictū est quādo
quo differret gen9 ab ea dicebat. Relinquit ergo quō differētia differat
a specie et pprio et accidente dicere: et fiunt tres. Rursus spēs quomo-
do quidem differat a differētia dictum quādo vo differret a specie dif-
ferentia dicebatur. Quomodo aūt differt species a genere dictū est qū
quo differret gen9 a specie dicebat. Reliquū est quō differat spēs a pro
prio et accidenti dicatur. Due etiam sunt iste differētie / pprium vero
quo differat ab accidenti post relinquit: nam quo a specie et genere et a
differētia differat predictū est etiā in illorum ad ipsum differētijs. Quat
tuor igit sumptis generis ad alia differencijs trib9 vo differētie: duab9
aūt speciei. Vna vo pprij ad accīis. x. erūt oēs: quarū quattuor que
erunt generis ad reliquas superi9 demonstrauim9. Cōmune vero diffe-

rentie ꝛ speciei est equaliter participari: homine enim equaliter partici
pant particulares hoies et rõnali differẽtia. Cõmune vero est et semꝑ
etiã adesse his que hoꝝ participãt: so. em̃ semꝑ est rõnalis ꝛ semꝑ hõ

Proprium aũt differẽtie est quoniã in eo quod quale sit ꝑdica
tur: speciei vero in eo quod quid est: nã etsi homo velut qua
litas accipiat: non simpliciter erit qualitas sed ꝫm id quod generi adue
nientes differẽtie cõstituũt eam. Ampli⁹ differẽtia quidem in plurib⁹
specieb⁹ ꝯsideratur: queadmodũ quadrupes in pluribus animalibus spe
cie differẽtib⁹. Species vero in solis his que sub vna specie sunt indiui
duis. Amplius differẽtia prima est ab ea specie que est ꝫm ipam differẽ
tiam simul ablatũ rõnale interimit hominẽ: homo vero interẽptus nõ
aufert rõnale cũ sit deus. Ampli⁹ quidem differentia componitur cum
alia differẽtia: rõnale quidem et mortale compositũ est in substãtia ho
minis. Species vero speciei non componitur vt gignat aliquã aliã spe
ciem. Quedã em̃ equa cuidam asino permiscetur ad muli generationẽ
Equa enim simpliciter asino nunq̃ conueniens perficiet mulum.

Differentia vero ꝛ ꝓpriũ cõmune quidez habẽt equaliter ꝑti
cipari ab his. Eoꝝ que participãt equaliter. rõnalia em̃ ra
cionalia sunt. ꝛ risibilia risibilia sunt. et semꝑ ꝛ om̃i adesse cõe vtriusq̃
est. Si em̃ cortetur est bipes non substantia ꝑimitur. sed ad quid natum est
ad id dicitur semꝑ esse. nam risibile ad id ad quod natũ est dicitur semper
esse: sed nõ in eo q semꝑ rideat. Propriũ aũt et differẽtia differunt: qm̃
hec de plurib⁹ speciebus dicitur sepe: vt rõnale de homine ꝛ de deo: ꝓpri

Porphirij

um vero de vna sola specie cuius est propriū. Et differētia quidem in illis est cōsequens quorum est differētia: sed non conuertitur. Propria vero conuersim predicantur de his quorum sunt propria: iccirco conuertūtur.

Differentie vero et accidēti cōmune quidem est de pluribus dici cōe vero est ad ea que sunt insepabilia accidētia semp et omibus adesse. Bipes eīm semp adest hoibus omnibus. nigrū oibus coruis. Differunt aūt quoniā cōtinet et non cōtinetur differētia: ptinet eīm rōnalitas hoiem. Accidentia vero quodāmodo cōtinēt et continentur. continēt quia in pluribus sunt. cōtinent eo q non vnius accñtis susceptibilia subiecta sūt sed plurimorum. Et differētia quidē i intēsibilis et irremissibilis est. Accñā vero magis et minus recipiūt. Et impmixte quidē sunt ptrarie differētie. Mixta vero ptraria accñā sunt. Huiusmōi cōes et pprietates differētie ceterorum sunt. Spēs vero quo differat a genere et differētia dictū est in eo qd dicebamus quo genus ab accñte: et q differētia differat a ceteris.

Speciei vero et pprij cōmune est de se vniuoce pdicari: nam si homo est: risibile est: et si risibile est homo est. Risibile vero quoniā sm id quod natū est dicit sepe iam dictū est. Equaliter eīm sunt spēs in his q eorum pticipāt et quorum ppria sunt ppria. Differt aūt species a pprio: quoniā species quidem et aliis genus esse potest. Proprium vero et aliarū specierum esse impossibile est. Et spēs quidē ante subsistit q proprium. Proprium vero post ea fit in specie. Oportet eīm hominem esse vt risibile. Amplius spēs quidē semp actu adest subiecto. Propriū vero aliquando actu. semp aūt potestate: homo eīm semp actu est sor. hō

vo nō semꝑ ridet: quamuis natura semꝑ sit risibilis. Amplius quorū termini sunt differētes: ipa sunt differentia. Est aūt spēi esse semꝑ sub genere: et de pluribus differentib⁹ numero in eo quod quid sit p̄dicari et est huiusmodi. Propriū vero soli et semper et omni adesse.

Peciei vero et accidentis cōmune quidē est de pluribus predicari. Rare vero alie sunt cōmunitates. ꝓpterea quoniā plurimū a se differūt accn̄s et id cui accidit. Propria vero vtrisq̄ sunt: speciei vero in eo quod quid est predicari de his quoꝝ est spēs. Accidētꝭ vo in eo ꝙ quale quidem vel qūo se habet. Et propriū est vero vnā quāq̄ substantiam vna specie participari: pluribus aūt accidentibus ⁊ separabilib⁹ et inseꝑabilibus. Et species quidem ante subintelligi potest ꝙ̄ accedentia vel si sint inseꝑabilia. Oportet aūt subiectū esse pri⁹: vt illi aliquid accidat. Accidentia vo posterioris generis sunt et aduēticie nature. Et speciei quidem participatio est equaliter accidētis vo vel si sit inseꝑabile nō eq̄liter. Ethyops em̄ ab alio ethyope habebit colorē vꝉ intēsum ampli⁹ vꝉ remissum ꝫm nigredinē. Restat ergo ⁊ de ꝓprio ⁊ accidēte dicere q̄ etiā a specie ꝓpriū et a differentia differt ⁊ a gn̄e dictū est

Ommune aūt ꝓpriū et inseꝑabilis accidentis est ꝙ preter ea nunꝙ̄ consistant illa in quibus considerātur: quemadmodū enim preter risibile non subsistit homo: ita ⁊ ethiops non subsistit p̄ter nigredinem. et quemadmodum omni et semꝑ adest ꝓprium sic et inseꝑabile accidens. Differt autem proprium quoniā vni soli speciei adest quemadmodum risibile homini. Inseꝑerabile vero accidens vt nigrū

non soli ethyopi sed etiam coruo et carboni ⁊ ebano et quibusdam aliis
Quare proprium conuersim predicatur de eo cuius est propriū et equa-
liter: inseparabile vero accidens non cōuersim. Et proprioꝝ equaliter
quidem est participatio. Accidenciū vero hec quidem magis: illa vero
minus. Sunt quidem alie cōmunitates et proprietates eorū que dicta
sunt: sed sufficiant hic ad discretionē eorū communitatisqȝ traditionez

Explicit liber quinqȝ vniuersalium